Quelle: https://manuscripta.at/?ID=772
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



& implere ea omnia quae secuntur. ut illud cum psecu
tus fuerint in una ciuitate fugite in alteram.

Quae est differentia amaritudinis & furoris
moris.

Furoris quidem & ire differentiam puto in animo consta
re motu. quia qui irascitur intra animos suos adhuc
uitium uolunt. sic ex hoc ipso indicatur quod dicit. Irasci
mini & nolite peccare. qui si amplius fuerit aliquid.
p motum gerit. furor enim illis inquit secundum similitudi
nem serpentis. Vehementius si furorem concitare irritatio
nominatur. amaritudo autem illa est malicia quae incor
de etiam arte quadam componitur & armatur.

Quis est qui ad nomen beatificatur pacificus.

Qui xpi adiutor est secundum quod dicit apostolus. pro xpo
legatione fungimur tamquam deo exortante per nos.
obsecramus pro xpo reconciliamini deo. Et iterum. Iusti
ficati ergo ex fide pacem habeamus ad dominum. Sua
enim alia pax repudiata est a xpo dicente. Pacem meam
do uobis. non sicut hic mundus dat ego do uobis.

Quomodo quis conuiui potest & effici sicut infans.

Ipsa lectio euangelii docet nos omnem causam qua hoc
ostenditur. ut ne arrogantiam requiramus ut elationem
si equitatem naturae cognoscamus & exequamur nos eis
qui uidentur inferiores hoc est enim infantium prope equa
les esse his quibus non nobilitate sed etate iunguntur. do
nec processu temporis & monitionum nequitia elationis
inficiamur ueneni.

Quid est prudentem esse sicut serpentem. & simplicem sicut columbam.